



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

III. De Pœna stupri. & V. De vindicta ordinata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

III.

QVICQVID DELI-
rant Reges plectuntur
Achiui.

In Salomone dicitur publicas calamitates acci-
dere ciuitatibus & imperijs propter peccata terra,
hoc est, populi & principum. Et plerumq; ita so-
let fieri, quando imminent pœnæ publicæ, ut prius
gubernatores & subditi dementes communibus pec-
catis & flagitijs implicentur. Ac plurimum nocent
reliquæ multitudini praua gubernatorum exempla
ut Claudianus inquit.

Scilicet in uulgus manant exempla regentum.

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Vtq; Ducum lituos sic mores castra sequuntur.

Exemplum illustre sunt ciues Sichem qui parti-
cipes se reddunt peccati sui principis, non hortantes
eum ad pœnitentiam, & reddendam uirginem, ideo
simul cum Principe pereunt.

IIII & V.

DE POENA STVPRĪ
& vindicta inordinata Si-
meon & Leui.

f Vt cœo

Vt ceterarum uirtutum, sic Castitatis quoque notitiam Deus nostris mentibus in seuit. Itaque naturae luce cernunt mentes, huic notitiae precipienti castitatem obtemperandum esse, & supra ac omnes uiolationes castitatis seuerè puniendas esse. Discrimen autem est inter supra ui facta, & sine uolentia facta, Lex diuina & Ius Romanum ad L. Iuliam de adulterijs & stupro, quae extat in nono libro Codicis, & Vetus Lex Attica capitali poena stuprum factum puniebant. Sed stuprum sine uolentia factum, alij aliter puniuerunt, Exod. 22. precipiunt, ut uirgo uiciata & ducatur & dotetur. Iure civili ad L. Iuliam de adulterijs & stupro, quae in Codicis recitatur, poena est. Personae humilis conditionis cum relegatione, sed personae non humilis publicatio dimidiae partis bonorum. Leges Solonis qui persuadendo sine ui corrumperat uirginem uel uxorem alterius, uel uiduam, capitali supplicio adiciebatur, qui uero per uim corrumperat tantum infamia & laceratis natis puniebatur, & ratio poenarum à Lysia, haec allegatur. Quia uir corrumperens corpus solum, sed persuasio & corpus & mentem corrumperens.

Quod autem ad presentem casum attinet, se decidamus. Cum Sichem Dinam raptam ui corripserit, iuste à patre & fratribus puellae potest interfici, si incontinenti adhuc ui tenens puellam

deprehensus fuisset, Sed postea cum offerret compensationem iuxta antiquissimam consuetudinem, quae postea Lege Mosaica expressa est, & peteret eius conjugium ac dotem simul polliceretur, iniuste fecerunt Simeon & Leui, dolo & qui opprimentes non solum ipsum Sichem, sed etiam totam ciuitatem, Nec praetextu defensionis uel iusti doloris possunt defendi, Nam defensio in continenti, hoc est, eodem loco & tempore, quo iniuria infertur & seruato moderamine inculpatae tutela suum corpus, famam & bona aduersus uiolentiam tuetur, Has conditiones cum non seruauerint Simeon & Leui, scelerata caede & parricidio se polluerunt.

Ideoq; iustam maledictionem a patre acceperunt. Genes. 49.

f = CAPVT